

Nechutová, Jana

Nicolai de Dresda "De imaginibus" : edidit Jana Nechutová

Sborník prací Filozofické fakulty brněnské univerzity. E, Řada archeologicko-klasická. 1970, vol. 19, iss. E15, pp. [211]-240

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/110111>

Access Date: 28. 11. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

NICOLAI DE DRESDA „DE IMAGINIBUS“

EDIDIT JANA NECHUTOVÁ

Praefatio

Nicolaus Dresdensis adorationem imaginum in sui temporis ecclesia praeter modum vigere conquerens non alio ac et apud alios scriptores saeculorum XIV et XV ad emendationem correctionemque ecclesiae et societatis humanae spectantes invenimus modo¹ tractatum conscripsit, quem ut sextum auctoris huius opus more hodierno editum² lectori in paginis sequentibus proponendum esse nobis statuimus.

Cultus enim nimius imaginum statuarum reliquiarumque eis temporibus nimis multiplicatus atque abusus efficiebat, ut homines a vera religione, imprimis autem a bonis operibus faciendis, quae omnia Eucharistiae frequentatio maxime admonet, cessarent et „fabulas“ solum „adventionesque humanas“ exercerent ac seuerentur. Quarum cogitationum pro plurimis partimque etiam pro argumentationibus earum necnon et pro modo dicendi eas Nicolaus gratiam debet praedecessori insigni reformationis bohemae Magistro Universitatis Parisiensis Matthiae de Janov³.

Textum tractatus nostri in duobus codicibus scriptum invenimus:
M — codex Bibliothecae Universitatis Brunensis Mk 102, f. 169v—181v⁴,
P — codex Bibliothecae Universitatis Pragensis XXIII F 204, f. 50r — 61v⁵.

Codex uterque textum non integrum, Brunensis tamen lectionem pleniorum (praecipue in principio tractatus) melioremque praebere videtur. Qua de causa editioni huic fundamentum in toto in plerisque etiam partibus ac locis eius singulis, paucis tantum exceptis, lectionem *M*, cum codice *P* tamen collatam, ponere decrevimus.

¹ E. gr. *M. Jacobellus de Misa. Posicio de imaginibus et adoracione illarum*, *F. M. Bartoš*, Literární činnost M. Jakoubka ze Štěříbra, Praha 1925, N. 69, p. 50; idem, *Litterae de fumalibus, de imaginibus, de censibus ecclesie*, ibidem, N. 58, p. 46.

² Adhuc editum est: *De iuramento I*, ed. *Jan Sedláček*, Studie a texty k náboženským dějinám českým I, Olomouc 1914, p. 86—94; *De quadruplici missione*, ed. *Jan Sedláček*, ibidem, p. 95—117; *Tabule veteris et novi coloris* (al. *Cortina de Anticristo*), ed. *Howard Kaminsky*, Master Nicholas of Dresden: The Old Color and the New, Philadelphia 1965, p. 32—65; *Consuetudo et ritus primitivi ecclesie et moderne*, ed. *Howard Kaminsky*, ibidem, p. 66—85; *Querite primum regnum Dei*, ed. *Jana Nechutová*, Opera Universitatis Purkyrianæ Brunensis, Facultas philosophica, Brno 1967.

³ *Jana Nechutové, M. Matěj z Janova a Mikuláše z Drážďan traktát De imaginibus*, SPFFBU E 12, 1964, p. 149—161.

⁴ *Jan Sedláček*, Studie a texty k náboženským dějinám českým, III, Olomouc 1919, p. 89.

⁵ *F. M. Bartoš*, Nové spisy Petra a Mikuláše z Drážďan, Reformační sborník 1948, p. 65.

M 169r Et tantum de primo genere reliquiarum.

Est 2^m genus reliquiarum, scilicet verbum Dei, de veneracione cuius vide in Punctis, ubi dictum est, quomodo verbum Dei dimittit peccata post *Augustinum, 1 q. 1 Interrogo.*

Tercium genus reliquiarum est sacramentum eukaristie, quod non solum capit pro corpore Christi sub forma panis, sed etiam pro sangue Christi sub specie vini, ut patet *XXIII di. Acolitus*, ubi dicitur, quod officium accoliti est inter cetera, ut “accipiat urceolum vacuum ad sugerendum vinum in eukaristiam sangwinis Christi” etc. 3 argumentum pro intellectu Constancionis concilii generalis, cui presidebat Innocencius III^{us}, de quo *Extra, De penitenciis et remissionibus, Omnis*, qui precipit, ut “omnis homo utriusque sexus suscipiat reverenter administrum in Pascha eucaristie sacramentum”.

Et de veneracione illarum reliquiarum, scilicet corporis et sanguinis Iesu Christi sive eucaristie sacramento, habetur pulchre *De reliquis et veneracione sanctorum, Si Dominum, in Clem., sic:* / “Hoc

P 50r est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum, memoriale salvificum, in quo gratam redempcionis nostre recensimus memoriam, in quo a malo retrahimur et confortamur in bono et ad virtutem ac graciarum proficimus incremento, in quo profecto proficimus ipsius corporali presencia Salvatoris. Alia namque, quorum memoriam agimus, spiritu menteque complectimur, sed non propter hoc realem eorum presenciam optinemus. In hac vero sacramentali Christi commemoratione Jesus Christus presens sub alia quidem forma, propria vero substancia est nobiscum. O digna et nunquam intermittenda memoria, iuqua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum interisse

M 169v ac lignum vivificantum ligno cricis affixum / fructum nobis attulisse salutis! Hec est commemoratione gloria, que fidelium animas replet gaudio salutari, et cum infusione leticie devocationis lacrimas subministret. Et recolendo passionem Dominicam, per quam liberati sumus, vix lacrimas continemus. In hac itaque sacratissima commemoratione assunt nobis suavitatis gaudium simul et lacrime, quia in ea congaudemus lacrimantes, et lacrimamur devote gaudentes, letas habendo lacrimas et leticiam lacrimantem. Nam cor ingenti perfusum gaudio, dulces per oculos stilit guttas.” *Et sequitur:* “O singularis et admiranda liberalitas, ubi donator venit in donum, et datum est idem penitus cum datore! Quam larga et prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum!” *Et sequitur:* “O excellentissimum sacramentum! O adorandum, venerandum, collendum, glorificandum, precipuis magnificandum laudibus, dignis preconii exaltandum, cunctis honorandum studiis, devotis obsequendum obsequiis et sinceris mentibus retinendum! O memoriale nobilissimum intimis comedandum precordiis, firmiter alligandum animo, diligenter servandum in cordis utero et meditacione ac celebracione sedula recensendum! Huius memorialis continuam debemus celebrare memoriam, ut illius, cuius ipsum fore memoriale cognovimus, semper memores existimamus, quia, cuius donum vel munus frequencius aspicitur, huius memoria striccius retinetur”, *item ut ibi.*

Et quia dictum est supra, quod hoc sacramentum sit adorandum, est igitur sciendum, secundum quod habetur in *Sentenciarum 1. III*

di. IX, quod “quibusdam videtur non illa adoracione, que latria est, carnem Christi vel animam esse adorandam, sed illa, que est dulia, cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdammodo dulia, que creature cuilibet exhiberi potest. Et est quedam soli humanitati Christi exhibenda, non alii creature, quia humanitas Christi super omnem creaturam est veneranda et diligenda, non tamen adeo, ut cultus divinitatis debitus ei exhibeat; qui cultus in dilectione et sacrificio exhibicione atque reverentia consistit, que latine dicitur pietas, grece autem theozelia, id est Dei cultus, vel eusebeia, id est bonus cultus.”

Hec ibi. (Et ista 2^a species dulie ab aliis dicitur inperdulia, de qua premisi in Punctis circa principium, ubi dictum est de triplici adoracione.)

“Aliis autem”, *ut patet eadem dī.*, “placet Christi humanitatem una adoracione cum Verbo esse adorandam, nec propter se, sed propter illum, cuius scabellum est, cui est unita: nec ipsa humanitas sola vel

P 50v nuda, *<sed>* cum verbo, cui est unita, nec propter se, sed / propter illud est adoranda. Nec qui hoc facit idolatrie reus iudicari potest, quia nec soli creature, nec propter ipsam, sed Creatori cum humanitate sua servit. Et ad illum sensum loquitur Ioannes Damascenus. Et de hoc Augustinus, Ex sermone Domini, ubi dicit: ,Non turbetur cor vestrum’, inquit: ‘Ego Dominicam carnem, ymmo perfectam in Christo

M 170r humanitatem, ideo adoro, quod a divinitate suscepta / et deitati unita est; ut non alium et alium, sed unum eundemque Deum et hominem filium Dei esse confitear. Denique si hominem separaveris a Deo, illi nunquam credo nec servio; velud si quis purpuram vel dyadema regale iacens inveniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum vero ea rex fuerit induitus, periculum mortis incurrit, si ea cum rege adorare contempserit.

Ita in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam, sed divinitati unitam, scilicet unum Filium Deum unum et hominem si quis adorare contempserit, eternaliter morietur.’ Idem super Psalmum LXXXVIII, ubi: ‘Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Sciendum, quia in Christo terra, id est caro, que sine inpietate adoratur. Suscipit enim terram de terra, quia caro de terra est et de carne Marie carnem accepit. Hec sine inpietate a verbo Dei asumpta adoratur, quia nemo carnem eius manducet, nisi prius adoret; sed qui adorat, non terram intuetur, sed illum pocius, cuius scabellum est, propter quem adorat.’”

Hec ibi.

Ymo nec in morte divinitas a carne divisa fuit, ut dicit Ambrosius et alii eodem l. di. XXI super isto ewangelii “Et voce magna clamans dixit: Deus, Deus meus, utquid dereliquisti me?” Unde dicitur: “Facte amur Deum quodammodo illum hominem in morte deseruisse, quia potestati persecucionis eum exposuit ad tempus non suam potentiam exercendo illum defendit, ut non moreretur. Separavit se divinitas, quia subtraxit protectionem, sed non solvit unionem; separavit se foris, ut non adasset ad defensionem, sed non intus defuit ad unionem. Si non ibi cohibuisset potentiam, sed exercisset, non moreretur Christus. Mortuus est Christus divinitate recedente, id est effectum potentie defendendo, non exhibente”, item ut ibi. Et sequitur: “Nam in morte separata est anima a carne, unde vere dicitur Christus mortuus, sed neutrum separatum a Verbo Dei.” Et sequitur: “Sic in sepulchro carnem suam

50

55

60

65

70

75

80

85

90

95

P 51r
M 170v

comoriendo non deseruit, sicut in utero Virginis connascendo formavit.” *Unde subditur ibidem di. XXII:* “Quia Cristus utique verus homo non fuisset, si carnem et animam non assumpsisset. Sed tamen, quia ex quo assumpsit, neutrum depositum, sed cum utroque eandem unionem indesinenter tenuit, quam assumendo contraxit. Ideo non incongrue ubicunque anime vel carni vel utriusque unitus erat, ibi homo dicitur, quia ibi humanatus est. Ergo et in sepulchro erat homo et in inferno, quia utroque humanatus est Cristus, et unam eandemque [animam] cum anima et carne, licet separatis, habebat unionem; et uno eodemque tempore in sepulchro iacuit secundum solam carnem et in infernum descendit secundum solam animam. Unde Augustinus: Quis non est derelictus/ in infernum? Cristus, sed in carne sola; quia in hiis singulis Cristus est. Cristum in hiis omnibus et in singulis confitemur; anima enim ad infernum descendit, caro vero in sepulcro iacuit, sapientia cum utroque permansit. Ex hiis apparet, quod Cristus eodem tempore erat totus in sepulcro, totus in inferno, totus ubique; sicut et modo totus et ubicunque est, sed non totum nec in sepulcro nec in inferno totum erat, etsi totus, sicut Cristus totus est Deus, totus homo, sed non totum; quia non solum est Deus vel homo, sed et Deus et homo. Totum enim ad naturam referatur, totus autem ad ypostasim. Sicud aliud et aliquid ad naturam, vero aliud et aliquis ad personam referuntur.” *Hec ibi.*

Et si arguitur: Videtur, quod Cristus in illo triduo non fuit homo, quia mortuus erat, et homo mortuus non homo, dicendum, quod “huiusmodi argucie in creaturis locum habent, sed fidei sacramentum a philosophicis argumentis est liberum. Unde Ambrosius: ‘Auffer argumentum, ubi fides queritur; in ipsis gignasiis suis iam dyaletica taceat; pescatoribus creditur, non dyaleticis.’” *Hec ibi XXII di. in principio, l. III.* Et de isto vide in tercia petitione oracionis Dominice, in quinto ramo avaricie, que est circa res spirituales.

Ad idem dicit *Augustinus in tractatu suo, qui intitulatur Speculum peccatoris, sic:* “Eribescat ergo superbus et infelix peccator, et timeat elacione cecatus, ira inflatus, impaciencie vicio fedatus, cui plus placet sciencia. Aristotilis quam sciencia de apostolis, plus codex Platonis quam liber divinus, quem nulla leccio letificat, nulla sciencia edificat, cui nullus sermo sapit nisi fuerit grammaticae confectus sive conceptus, dyaletice ymaginatus, rethorice purpuratus. Stultus es, qui hec ignoras, et erras, quoniam qui talia agunt et in talibus dies suos consumunt, peccatum sibi generant et mortem parant, quoniam ex simili studio similem sibi concipiunt scienciam. Hoc est: folia colunt et non fructus, verba et non virtutes. Verba enim in ventum proferunt, et acerem verbis verberant, verbositatem sonant, iactanciam ostendunt, de quibus per Psalmistam dicitur: ‘Turbari sunt et moti sunt sicut ebrios, et omnis sciencia eorum devorata.’” Et sequitur: Si enim fugientis sue vite brevitatem perpendissent, si dampna dierum eorum ante oculos convertissent, si *quam tremendo iudicio, non tantum de mortuis eorum operibus, imo de omni verbo ocioso* quam districte responsuri sunt, previdissent; mox terrore perteriti, mox divino amore percussi bona huius vite studia reliquissent *et de studio vanitatis* ad studium veritatis, de studio stulticie ad studium sapienciam, hoc est de studio curiositatis ad studium

100

105

110

115

120

125

130

135

140

145

sciencie humilitatis, de scola luxurie et pravitatis ad scolas mundicie, sanctitatis seu castitatis, de vita iniquitatis ad vitam sanctitatis. Psalmo: 'Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus et pereatis de via iusta.' O quam terribilis sentencia et nimis metuenda hiis, qui disciplinam non apprehendunt! Ex hac Spiritus sancti sciencia patet, quod peribunt. / Hinc est, quod Dominus ait per Moysen: ,Omnis anima, que afflita non fuerit die hac, peribit de populo meo.' " De quo vide, ut dictum est supra. *Hec ille.*

M 171r

150

155

160

165

170

175

180

185

190

195

Ob reverenciam igitur magni Dei et terribilis nimium in sacramento altaris / omnia alia, que alliciunt populum et distrahunt ab unico respectu ipsius et a cultu, sunt de templo anmovenda et docendi sunt homines, ut ibi solum oculos et mentem ac fidem totam habeant, ubi eorum vita est reposita et data cum plenitudine omnium graciarum. Nam sieut sol in sua fortissima virtute claritateque girans per meridiem, replet intantum omnia sua luminositate, quod omnis claritas stellarum hinc sopita evanescit et quasi prorsus vadunt in nichilum, ita per omnem modum in hoc nostro sacramento, "in quo sunt omnes thesauri sapientie et sciencie Dei absconditi" cum plenitudine divine maiestatis, existente in templo, quecumque omnia alia, que fuerunt vel adhuc sunt alicuius apparenctie vel quandam prefuerunt, debent omnia in nichilum deduci in ecclesia, et sic, quasi non sint, haberi, ob summam et totam reverenciam et adoracionem divini sacramenti, quamvis, heu, hodie abhominacio desolacionis est nimis multiplicata, a sacramentis Dei et domino Iesu Christo, qui factus est iam quasi mortuus a corde avertens.

Qui hec legit, intelligat et vigilet, quam notorie ac publice homines a veritate sunt aversi, ad fabulas autem sunt conversi. Videat quilibet, obsecro, quomodo ex centum unus cristianus non accurrit ad corpus Iesu Cristi crucifixi pro peccatoribus passum et usquequaque vulneratum, neque ex centum unus erigit animum vel respectum ad hoc unum cristianitatis bonum et unicum adorandum, sed pocius singuli hinc et inde per templum discurrent, comoti quibusdam famatis vel pulchris ymaginibus, velut vulgo dicitur "sanctuaris", id est reliquiis sanctorum, et comoti multitudine indulgenciarum, que eis per negociatores in templo predicantur, currunt et discurrent quilibet pro voto suo.

Unde dicit Bernhardus: "Ad quid oratoriorum immensas altitudines, immoderatas longitudines, supervacuas latitudines, sumptuosas polliciones, curiosas depiccciones, que in se orancium torquent aspectum, impedunt affectum? Quem tamen fructum ex hiis requirimus? Stultorum amiracionem an simplicium oblacionem? An comixti sumus inter gentes et didicimus forte opera eorum, et adhuc fruimur sculptilibus eorum? Et, ut aperte loquar, hoc totum fecit 'avaricia, que est ydolorum servitus'. Tali enim arte es spargitur, ut multiplicetur et ut augeatur, sic opes opibus hauriuntur, sic peccunia peccuniam trahit: quia nescioquo pacto, ubi amplius diviciarum cernitur, / ibi offertur libencius. Auro tectis reliquiis serantur oculi, et loculi aperiuntur. Ostenditur pulcherrima sancti vel sancte alicuius ymago, et eo creditur sancctor, quo coloracion. Currunt homines ad osculandum et magis mirantur pulchra, quam venerantur sancta. Quid putas in hiis omnibus queritur? Penitencium compuncio an intuencium ammiracio? O vanitas vanitatum, sed non

M 171v

190

195

P 52r vanior quam insanior! / Fulget ecclesia in parietibus, eget in pauperibus. De sumptibus egenorum servitur oculis divitum. Inveniunt curiosi, quo delectentur, et non inveniunt miseri, quo sustententur." *Et sequitur:* "Pro Deo, si non pudet inepciarum, cur vel non saltem piget expensarum?" *Hec et multa plura Parisiensis per Bernhardum.*

200

Ve igitur illis sacerdotibus et clericis, qui dant occasionem populo tales abhominaciones exercendi in templo Dei predicanque eis talia et dant speciales indulgencias pro flectendo coram illis vel talibus ymaginibus et quasdam oraciones fabulandi, imitantes in hoc effeminatum secerdotem Aaron, qui timore populi pravi correptus produxit ymaginem dei in figuram vituli aurei. "Vidensque Moyses, quod esset nudatus populus" etc., ut *Exodi XXXII*; quid est, rogo, nudatus, nisi a gloria Dei, et indutus abhominacione, data occasione dyabolo populum seducendi a vita veritatis? Similiter isti imitantur Ieroboam, „qui peccare fecit Israel". "Cogitato enim consilio fecit duos vitulos aureos et dixit eis: 'Nolite ultra ascendere in Ierusalem. Ecce dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Egypti'" etc., ut *3ⁱⁱ Regum XII circa finem*.

205

"Ve", inquit *Ysaias*, "qui dicitis malo bonum et bono malum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras." Quid potest intelligi et ad litteram poni "amarum in dulce", nisi reverenciam et honorem ymaginis sine vita ponere in templum Dei, quod est plenum dulcedinis divine glorie in sacramento corporis et sangwinis Christi vivi et comiscere "grecas glorias", ut *2^{us} Machabeorum IIII*, ubi sequitur: "In leges enim divinas impie agere impune non cedit." Item quid est "ponere dulce in amarum", nisi ponere dulcia bona et carismata, ut sunt sunt indulgencia, reverencia et virtus divina, talia scilicet ponere ad statuam vel ymaginem depictam in unam magis quam in aliam? Quapropter ve eisdem, si non debellant talia verbo veritatis vel potestate auctoritatis et non animose eiciunt ludibria de templo Dei.

210

215

220

225

230

M 172r Hoc audaciter dico, quod quam cito una ymago amplius reveretur quam alie ymagines, vel habet concursum ampliorem plebis cum candelis et / flexis genibus vel aliter, mox est de templo extra eicienda tanquam offendiculum populi. Item si adiunguntur aliqua signa quasi per ymaginem facta aut racione ymaginis vel aliter, iterum illa statua est cassanda, quia valde timendum est plebi Christi, ne tunc accesserit ibidem demonium, volens ludificare plebeios et polluere / adoracionem Iesu corporis et sangwinis Christi preciosi.

235

P 52v Quia dyabolus semper habuit a principio usque in finem ab eo tempore, quo incepérunt ymagines, magnum anminiculum decipiendi ruditatem hominum, ymmo ab ymaginibus et honoracione earum omnis ydolatria gencium est inchoata, ut refert *Lira, Isiae XLI secundum Eusebium in Cronica*: "Ninus rex Assiriorum qui condidit Niniven et incepit ydolatriam, quia fecit ymaginem Belo patri suo defuncto, cui exhibebat tantam reverenciam, quod parcebat reis fugientibus ad ipsam, propter quod dicti confugientes incepérunt adorare illam ymaginem et ad imitationem illius facti fecerunt alii ymagines caris suis defunctis. Et sicut ymago facta a Nino vocabatur Bel sive Belus, et fuit primum ydolum, sic hoc nomen derivatum est ad ydola alia, utputa Baal, Baa-lim, Beelfegor, Beelsebub etc." (Et idem dicit *Ieronimus, Sapiencie XV^o*: 240

240

245

et de fabricacione ymaginum et vilitate colencium vide *Ysaie XLI, Sapientie XIV, XV, XVI, XVII per totum, et in Ieremie in multis capitolis.*)

Adiunixerunt se autem eciam demonia, inmitencia stuporem et horrorem quendam hominibus ab ymagine, et sic dementatos homines simplices per responsa et prodigia de quibus dictum est supra (prout predixit Salvator *Mathei XXIII*) temporibus maxime novissimis futura, induxerunt ad hoc, ut illam statuam, nuper manibus artificis fabricatam, inceperunt venerari et ad eam pro auxilio et pro sanitate cursitare.

Patet idem de ydolatria Iudeorum ab ymagine vituli inchoata, ut supra dictum est.

Omnia igitur, quecunque sunt in templo, venerantur a populo et colluntur, alliciunt ad se corda hominum rudium in ymaginibus vel reliquiis, deberent eici vel abscondi in capsulis suis in privato vel in altaris reservari, prout eciam tactum supra *post Innocencium, Extra, De reliquiis et veneracione sanctorum, c. ultimo.*

Quoniam sic Deus abscondit corpus Moysi usque ad hodiernum diem, *ut in epistola Iude 1*, ubi “Michael archangelus cum dyabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, dixit: Imperet tibi Dominus” etc. Et Heliā transduxit ad paradisum, *ut quarti Regum II*, ne homines rudes

M 172v ex eis facerent sibi / ydola, venerantes ea plus quam oportet, vel usque ad posicionem alicuius divine virtutis in talibus cadaveribus mortuorum. Et quicquid dicitur de corpore Virginis gloriose, sive sit asumpta cum corpore sive non, utique Dominus Jesus voluit nos ipsum corpus eius non habere, ne nimis ipsum corpus, plus quam creatura sine vita debet habere, coleremus, ydolumque nobis ex eo faceremus. Et pro eo eciam corpus beati Iohannis ewangeliste non apparuit, quia similiter fuisset acceptatum cum offendiculo animarum.

P 53r Ideo in talibus summo opere videndum est, ne misterium Anticristi iam operetur manifeste et demonia polluant / pium et sincerum cultum fidei cristiane.

Et ideo Moyses vitulum conflatile contrivit, *ut Deuteronomii dixit:* “Peccatum autem vestrum, quod feceratis, id est vitulum, arripiens, igne combussi, et in frusta comminuens omnino quoque in pulverem reddicens, proiecique in torrentem, quod de monte descendit.” Hoc enim mandavit Dominus *ibidem VII*: “Sculptilia eorum igne combures, non concupisces argentum et aurum, de quibus facta sunt, neque assumas ex eis quicquam tibi, ne offendas, propterea quia abominacio est Domini Dei tui, nec inferes quipiam ex ydolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut et illud est.” *Et ibidem ante dixit:* “Aras eorum subvertite et confringite statuas, lucosque succidite et sculptilia comburite.”

Et de pena colencium talia dicitur *ibidem XVII*, quod “dentur lapidibus obrui”, scilicet vir sive mulier fuerit. Sic Ezechias fecit, et laudatur, *ut patet 4*ti Regum XVIII**. Et quod a nobis similiter est faciendum, habetur expressum *LXIII di. § Verum, ubi sic dicitur:* “Scriptura quoque divina dicit, quod postquam Ezechias dissipavit excelsa et contrivit statuam et succidit lucos et confregit serpentem eneum, quem fecit Moyses, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret, ideo ipsum populus colere et venerari eum cepe-

250

260

265

270

275

280

285

290

rat, et idcirco destruxit iste, quod iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista habenda est in ecclesia, ut si nonnulli ex predecessoribus et maioribus nostris fecerunt aliqua, que illo tempore potuerunt esse sine culpa et postea vertuntur in errorem et superstitionem, sine tarditate aliqua et cum magna auctoritate a posteris destruantur.”

295

M 173r Et nota, quod dicitur *ibidem*, quod “fili Israel adolebant ei incensum siquidem ad illud tempus”, et non quidem adorassent serpentem eneum, et tamen vehementer peccabant. Ita moderni, licet non adorent tales, ut dicunt, singulares suas ymagines, tamen quia magis eligunt orare coram eis flexis genibus, candelarum concremacionibus, incensum adolent / et offerunt, hoc eorum obsequium non est exors ab erroris suspicione.

300

Ideo Dominus in primo mandato prime thabule eciam cultum illorum inhibuit, *ut patet Exodi XX in principio, ubi dicit:* “Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypci, de domo servitutis. Non habebis deos alienos coram me: non facies tibi sculptile neque omnem similitudinem, que est in celo desuper, et que in terra deorsum, nec eorum, que sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neque coles.” *Et sequitur:* „Non facietis coram me deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.”

310

P 53v Pro pleniori intellectu presentis materie est considerandum, quod, sicut dicit Dominus per Moysen *Genesis III* “cuncta, que fecerat, erant valde bona”, sic adhuc sunt bona et honorabilia in suis naturis. Et ideo ad finem, ad quem fecit ea Dominus, sunt / omnia commendabilia et honorabilia. Item secundum quod dicitur in *Sentenciarum l.3° di. XXIX*: “Videre debemus ordinem diligendi, quid prius, quid post esse debeat; peccat enim, qui prepostere agit. Nam scire, quid facias, et nescire ordinem faciendi, non est perfecte cognitionis. Ordinis namque ignorancia conturbat meritorum formam. Ordinem vero diligendi Augustinus insinuat l. primo *De doctrina cristiana*, dicens: *Ipse est, qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligat, quod non est diligendum, aut non diligat, quod diligendum est, aut eque diligat, quod minus est aut amplius diligendum, aut minus vel amplius, quod eque diligendum est.*”

315

Item, secundum quod dicunt philosophi et consequenter alii, quadruplex ponitur gradus vivencium sive vite: primus est vivere vita entis, sicut omnia inanima, ut sunt lapides et ligna truncata sive eradicata et consimilia, solum esse habencia; et iste dicitur gradus infimus vivencium. Secundus est vivere vita vegetativa, sicut vegetabilia, scilicet plantae et cetera similia, nutrimentum per radices ori similes recipiencia. Tercius est vivere vita sensitiva, sicut animalia bruta vivunt. Quartus est vivere vita intellectiva, sicut creatura rationalis vivit, sicut est homo, angelus. Et sic solet exponi *illud Marci ultimo*: “*Predicate ewangelium omni creature*”, id est omni homini, qui habet convenientiam cum omni creatura.

320

Ex quibus patet, quod creatura rationalis, homo, qui factus est ad ymaginem et similitudinem Dei, est valde venerabilis sive honorabilis in natura sua. Nam et istam ymaginem, que est homo, honorat Deus, *ut glossa ordinaria Luce XX super isto* “*Cuius est ymago hec et super-*

325

330

335

340

scriptio" etc., dicit: "Sicut cesar exigit impressionem ymaginis sue, sic et Deus animam, lumine vultus sui insignitam." Et propterea quilibet homo debet honorare alium in natura sua. Hoc ideo dico, quia, *ut dicitur in di, ubi supra*, "omnis peccator inquantum peccator est, non est diligendus; et omnis homo, inquantum est homo, diligendus est propter Deum."

345

M 173v Et sic dicitur / *in revelationibus Brigitte l. IIII. c. XXIII*, quod alia est moneta Dei, alia dyaboli. Moneta Dei est aurea, id est fulgens, ductilis et preciosa. Sic omnis, qui habet impressionem Dei, est fulgens divina caritate, ductilis pacientia, preciosus boni operis continuacione. Ergo anima bona conflatur virtute Dei et reprobatur multis temptationibus, per quas anima considerans originem et defectuositates suas Deique circa se pietatem et pacientiam, tanto preciosior est coram Deo, quanto humilior et pacientior et sui solucior invenitur. Moneta vero dyaboli est cuprea et plumbea, cuprea, que habet similitudinem auri, habet duriciam, habet inflexibilitatem. Sic anima iniusti videtur sibi esse iusta, omnes diiudicat, omnibus prefert sua, inflexibilis ad opera humilitatis, difficilis ad revocandum a suis contemptibus, mirabilis mundo, contemptibilis Deo. Est quoque moneta dyaboli plumbea, quia diformis, quia mollis, quia flexibilis, quia ponderosa; sic anima iniusti deformis est in voluptuosis affectionibus, onerosa in cupiditate mundi, **P 54r** flexibilis / quasi arundo ad quecunque dyabolus aspirat menti. Ymmo quandoque facilior est ad faciendum quam dyabolus ad temptandum, *ut ibi*. 365

350

Item patet ex dictis, quod secundum ordinem diligendi homo amplius diligendus est et honorandus propter Deum quam alia creatura inferioris gradus. Ymmo "amplius alius homo diligendus est quam corpus nostrum, quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, et potest nobiscum Deo <homo> perfiri, quod non potest corpus, quia corpus per animam vivit, qua fruimur Deo", *ut patent hec in dicta di.*

360

Ex quibus ulterius patet, quod sicut sunt gradus perfectionis in creaturis secundum sub et supra, secundum hoc eciam amplius una pre aliis est diligenda et honoranda. Et ita creatura minus diligibilis est habens solum vivere primo modo supradicto. Ex quibus infertur, quod lignum, lapis, aurum, argentum vel aliqua alia materia ex qua fiunt ymagines, omnes iste creature sunt minus diligende, et sunt honorabiles et venerabiles in naturis suis, et ad illum finem, ad quem Deus ipsas fecit, utputa lignum ad conburendum vel edificandum sive ad alium usum licite et debite applicandum — et sic de aliis rebus infimis —, non autem ad faciendum inde sculptile, fusile, ymaginem, vel picture colorem apponendum ad adorandum sive colendum.

370

Patuit hoc supra per preceptum Domini Exodi XX. Ideo in fine dicti capituli precipitur, quod si altare lapideum fecerint de lapidibus non dolatis tantum, faciant in detestacionem ydolatrie, ubi fiebant altaria de marmore sculpto et polito, et ne per talem sculpturam inducerentur paulatim ad sculpendum ymagines adortum in ista forma / ut in similitudine artis humane; quamvis quilibet materia, cum qua pictores pingunt, ex quo est creatura Dei, debet venerari in natura illa et ad illum finem diligi, ad quem Deus ipsam fecit et ordinavit homini deservire.

385

390

M 174r

Diceret quis: Concedo bene, quod nullus vivens debet adorare ymaginem propter seipsam, sed crucifixum debet adorari propter passionem Christi in ipso depictam et reductam per hoc in hominis memoriam. Et sic ymago Virginis Marie Matris Christi et aliorum sanctorum ymagines debent adorari et venerari, quia et reges terreni et alii domini, qui ex consuetudine mittunt suas litteras sigilatas cum armis vel aliis eorum signaculis privatis hominibus, adorantur ab eisdem, quia cum isti recipiunt litteras dominorum suorum, in quibus vident et cognoscunt voluntates et precepta dominorum suorum, in honorem eorum deponunt litteris suis capucia eorum; quare eciam, ex quo in ymaginibus manu factis possumus legere et cognoscere multa facta diversa Dei et suorum sanctorum, non debemus eorum ymagines adorare?

395

400

405

410

415

420

425

430

435

440

P 54v

/ Pro quo sciendum, quod sunt quidam adoratores, secundum quid *⟨quidam falsi⟩*, quidam simpliciter et veri. Primi, qui adorant in suffragiis mendicatis vel, ut ita dicam, per talia moventur ad adorandum, ut sunt ymagines, cantus, pulcer locus, organa et consimilia, in quibus, secundum quod dictum est in Punctis de mendicatis suffragiis *post Matheum de Cracovia* “mens obnubilatur, ut credatur esse devocio vel iocunditas spiritualis, ubi plus est mundana complacencia, curiositas mentis, carnales delectacio” maxime divitum, ut et supra patuit per Bernhardum. Et in illis adoratoribus accedit devocio accidentalis, quia ab exterioribus procedens, et motus violentus, quia in principio ratione vicii sive infirmitatis nature, vel quia novum vel inconsuetum, intensus est, sed quia non habet radicem ab intra, remittitur in fine. Quia licet quandoque surgat ex hiis huiusmodi devocio, tamen facile perditur, quod non intus, sed foris queritur per mendicata suffragia, sicut quamdiu fistulans sive lirans tangit cordas, tamdiu corisantes saltant, illis autem cessantibus cessat et motus et leticia illorum. Sic predicti adoratores, absentibus huismodi suffragiis, nichil vel modicum devacionis ab intra percipiunt.

Et cause precipue illius abductionis a vera devocatione et omnium aliorum viciorum sive defectuum in populo regnancium sunt vita viciosa sacerdotum et eorum cupiditas; quia isti sacerdotes confortant et consulunt eos facere talia, que sub gravi pena, scilicet maledictionis Dei, deberent eos penitus inhibere, et, ne sic confiderent in nichilo et in suffragio mendicato huismodi, prout supra patuit, ubi dictum est / de telis araneis.

M 174v

Et isti non intelligunt de ligno vivifico, ligno crucis affixo, de quo supra, de vera cruce, de qua infra patebit, sed tantum in exterioribus consignacionibus, characteribus et figuris se occupant. Contra quos dure loquitur *Augustinus De cristianis sic*: “Quid enim prodest, si de aureo anullo sigillum facias et putridas paleas intus recludas? Quid prodest, si signum Christi in ore, fronte, pectore ponimus, et intus in anima crimina et peccata recondimus? Qui enim male cogitat, male loquitur, male operatur, si se emendare noluerit, quando se cruce signat, peccatum illius non minuitur, sed augetur. Multi enim dum ad furtum aut adulterium vadunt, si pedem impegerint, signant se cruce, et tamen de malo opere se non revocant. Unde et nesciunt, miseri, quia per signum crucis includunt in se demones magis quam excludunt?” *Hec ille.*

Et de istis adoratoribus intelligitur obieccio supra, quod per crucifixum, hoc est per huismodi signum, reducuntur ad Cristi passionem cogitandam modo quo dictum est.

Adoratores alii sunt simpliciter et veri, de quibus hic intendimus loqui, qui adorant Patrem non in ymagine manu facta, sed a tota Trinitate facta ad similitudinem suam in spiritu et veritate, *Iohannis III^o*, et eciam in PUNETIS, ubi supra. Et de hiis *beatus Bernhardus / in libro Meditacionum*: “Ubiunque fueris, intra temetipsum ora; si longe fueris ab oratorio, non queras locum, quoniam ipse locus es.” *Hec ille.*

Et isti intelligunt crucifixum non lignum sive signum exterius, sed Cristum passum in cruce eius passionem. De qua *Bernhardus Sermone XLV super Cantica*: “Cristus in passione pacientiam exhibet, humilitatem comendat, obedientiam inplet, caritatem perficit; hiis virutum gemmis quattor cornua crucis ordinantur: et est super eminentes caritas, a dextris obedientia, a sinistris pacientia, in profundo radix virtutum, humilitas.” Ad hoc *Maximius in Sermone de martiribus inquit*: “Crux non solum dicitur, que tempore passionis ligni afficione conficitur, sed quia tocius vite curriculo cunctarum disciplinarum virbutibus coaptatum, ut non solum intelligitur crux ligni patibulum, sed pie vite virtutisque propositum. Unde omnis christiani vita, qui secundum ewangelium vixerit, crux est atque martirium.” *Hec ille.* Sic et dixit Salvator *Mathei*: “Si quis vult post me venire, tollat crucem suam et sequatur me” — *Luce IX.*

Et isti veri adoratores habent primo ymaginem sive speculum Sacram scripturam, in quo non solum faciem status nostri, sed omnium rerum debitam estimationem possumus invenire. / Non enim sola facies resultat in speculis, sed eciam cetere res speculis applicate in speculis cognoscuntur. In hoc speculo bonam voluntatem habentes instruuntur, negligentes arguuntur, insolentes corriguntur, sapientes erudiuntur. Et sic omnibus demonstrat omnia Scriptura sacra.

Et hoc est, quod dicitur *2^a Tymothei III^o*: „Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum” (ecce primum), “ad arguendum” (ecce 2^m), “ad corripiendum” (ecce 3^m), “ad errudiendum” (ecce quartum). Et *Apostolus Romanorum XV*: “Hec omnia scripta sunt, ut per pacientiam et consolacionem scripturarum spem habeamus.” Et iterum *1^a Corinthiorum XIII*: “Videmus nunc per speculum”, scilicet Sacre scripture, “in enigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum.” Sicut enim ait *Veritas in ewangelio*: “Omnia, quecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.” Et hec notificacio consistit in Scripturarum speculo.

Hec specula mulierum, de quibus locutus est Moyes; *unde Gregorius*: “Specula mulierum sunt precepta Dei, in quibus se anime sancte semper inspiciunt. Et si que in eis sunt feditatis macule, deprehendunt, quia dum Sacre scripture solerter intendunt in eis, procul dubio vel quid in se celesti regi placeat, vel quid displiceat, agnoscent.” *Et idem*:” Sacra scriptura quasi quoddam speculum apponitur, ut interna nostra facies videatur; ubi enim feda nostra pulchre conspicimus, ibi sentimus, quantum proficimus, ibi a profectu quam longe distamus cognoscimus.” In isto eciam speculo sive ymagine, scilicet in Sacra scripture, crucifixum Iesum crucemque eius, scilicet passionem, veraciter invenimus.

P 55r

445

450

455

460

465

470

475

480

485

490

M 175r

De cuius consideracione, utilitate ac meditacione dicit *Crisostomus*:

P 55v "Omne genus venenata malicie et nequicie a cordis habitaculo / pellitur et fugatur, si per devotas meditaciones in cordibus nostris serpens ille non eneus, sed verus Deus erector fuerit. Si enim peccatis profundatus fueris, si viciis impulsatus fueris, si carnis fragilitas inclinaverit, denique quicquid mali acciderit, erigere seprendem in cruce cruentatum et continuo sencies te liberatum." *Item Bernhardus*: "Nichil adeo medicinale est peccatorum, nichil ita peccatum interficit, crucifigit vicium, extinguit temptationa, depellit omne genus mali, sicut memoria Dominice passionis." *Item Bonaventura*: "Nichil ita illuminat ad cognicionem, nichil ita accedit ad dilectionem, nichil ita dilatat ad graciaram accionem, nichil ita cogit ad imitacionem, nichil ita elevat / ad contemplacionem, nichil ita in anima operatur universalem sanctificationem, sicut meditatione Dominice passionis." *Item Bernhardus*: "Quid tam efficax ad curandum vulnera neonon ad purgandum mentis aciem, quam vulnerum Christi sedula imitacio? Nec quicquam tam ad mortem, quod non Christi morte sanetur?" *Idem*: "Mirabilis est passio tua, Domine, que passiones omnium propulsavit, propiciata est omnibus iniquitatibus nostris, nec ulli umquam pesti nostre invenitur inefficax." *Idem*: "O quam benigna facta est expectacio tua super me, Domine Iesu, quam liberalis, quam gratuita! Ego peccabam, et tu dissimulabas, non continebam me a sceleribus, et tu a verberibus abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, et tu prolongasti in expectando pietatem tuam. Non sic angelum in celo nec hominem in paradiiso peccantes expectasti, sed manus tua statim vindictam apposuit." *Hec Bernhardus*.

495

500

505

510

515

520

525

530

535

545

Alia ymago sive speculum secundum in veritate adorancium est cuiuslibet boni hominis vita exemplaris, ad cuius exemplum corrigere possumus vitam nostram, mores nostros secundum mores eius, verba secundum verba, opera secundum opera regulemus, quod innuens *Veritas Mathei V* ait: "Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona" etc. Hoc fideliter consuluit *Bernhardus*, dicens: "Elige tu tibi meo consilio hominem, cuius vite exemplar sic cordi tuo insideat, ut quoctiens eius recordatus fueris, ad reverenciam cogitati assurgas, et te ipsum ordines et conponas, ac si presens sit." Et quis esse debeat vir iste, ostendit *idem*, dicens: "Ego me convertam ad Iesum nudum, pendentem in cruce" etc., et cum loquitur in persona ipsius, dicens: "In vita mea poteris cognoscere vitam tuam", et eciam ut supra dictum est.

Hoc speculum eciam Apostolus nobis proponit de Cristo *Hebreorum XII*: "Recogitate eum, qui tales a peccatoribus adversus seipsum sustinuit contradiccionem; et non fatigemini animis vestris deficientes." Hic liber, de quo *Ezechielis II* dicitur: "Aperi os tuum et comedete, quecumque ego do tibi; et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber. Et expandit illud coram me, qui erat intus et foris scriptus. Et scripte erant in eo lamentaciones" (*glossa*: conminacionis) "carmen" (*glossa*: eterne promissionis) / "ve" (*glossa*: eterne dampnacionis). Et *Ioannis Appokalipsi V*: "Flebat multum, quoniam nemo dignus inventus est apperire librum", ut ibi.

Si igitur mirabilis operacio Dei et sancta vita ac doctrina Christi,

M 175v

nichil ita cogit ad imitacionem, nichil ita elevat / ad contemplacionem, nichil ita in anima operatur universalem sanctificationem, sicut meditatione Dominice passionis." *Item Bernhardus*: "Quid tam efficax ad curandum vulnera neonon ad purgandum mentis aciem, quam vulnerum Christi sedula imitacio? Nec quicquam tam ad mortem, quod non Christi morte sanetur?" *Idem*: "Mirabilis est passio tua, Domine, que passiones omnium propulsavit, propiciata est omnibus iniquitatibus nostris, nec ulli umquam pesti nostre invenitur inefficax." *Idem*: "O quam benigna facta est expectacio tua super me, Domine Iesu, quam liberalis, quam gratuita! Ego peccabam, et tu dissimulabas, non continebam me a sceleribus, et tu a verberibus abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, et tu prolongasti in expectando pietatem tuam. Non sic angelum in celo nec hominem in paradiiso peccantes expectasti, sed manus tua statim vindictam apposuit." *Hec Bernhardus*.

505

510

515

P 56r

Si igitur mirabilis operacio Dei et sancta vita ac doctrina Christi,

M 176r

apostolorum et prophetarum eius essent populo notificata per sanctam vitam et sollicitam ac veram doctrinam sacerdotum, ista essent libri sufficientes, ymagines vere et calendaria optima ad congnoscendum / per ipsa Deum et sanctos eius absque ymagine manu facta. Ipsi enim veri adoratores, qui veniunt ad ecclesiam ad adorandum Dominum Deum devote, possunt tunc in intimis sensibus eorum ibi nullis existentibus ymaginibus manu factis esse fervenciores in orando, eoquod omnes sensus eorum exteriores ab omnibus sensibilibus turbacionibus et impedimentis excludantur. Ex quo Cristus benedicit eis, qui non viderunt eum et crediderunt fideliter in eum.

540

Sufficit etiam omnibus hominibus audizione et cognitione verbi Dei et operacione secundum illud credere in Deum, quamvis nunquam videant ymaginem manu factam secundum aliquam personam Trinitatis vel alterius sancti. Sed quod huismodi primomodo supradicti cultores Dei et sanctorum, ut pretendunt in ymaginibus et aliis mendicatis suffragiis, non sunt veri cultores et amatores, sicut filii prophetarum et apostolorum et martirum, sed pocius sicut pharisei, id est heretici et quasi a vera fide precisi (pharisei enim "precisi" intelliguntur), et sicut filii phariseorum, patet ex operibus eorum. Ipsi enim pharisei sunt, qui monumenta prophetarum edificant et martirum, nomina eorum colunt et precepta blasphemant, memoriam honorant et fidem contempnunt. Unde Iudei et pharisei, qui fuerunt tempore Cristi, prophetas quidem colebant et Deum persecabantur, servos honorabant et Deum condempnabant, fuerunt "inimici vivencium et amici mortuorum. Non enim suscipientes increpaciones prophetarum suorum persecabantur et occidebant eos. Nam volentibus male vivere semper videtur contraria correpcioni docente Salomone 'argue sapientem et amabit te, insipientem, et adicies te odisse'. Etsi patres Iudeorum mortui sunt, tamen filii eorum vivunt, qui prophetas quidem et martyres colunt, filios autem prophetarum et martirum persecuntur, mortuorum sanctorum cultores." *Hec per Crisostomum De imperfecto Mathei XXIII super isto "Ve vobis, scribe et pharisei hypocrite, qui ornatis monumenta iustorum."*

550

Nostri enim temporis homines recte talium se filios exhibent, "serpentes" scilicet et "genimina vippararum", qui valde honorant sanctos diu mortuos ceca eorum reputacione, et modernos sanctos conviventes omnibus obprobriis lacerant et persecuntur, ymagines sanctorum in celis et eorum reliquias ut estimant multum nimis osculantur, amplectuntur, tremunt et reverentur, et vivos sanctos, ymagines vite et proprias domini Iesu crucifixi conspuunt et blasphemant et male eisdem detrahunt in tantum, ut "quicunque recedit a malo, prede talium oportet ut pateat."

555

/Quantum autem/ ad similitudinem in opposizione adductam supra, scilicet de litteris regis terreni etc., dicendum primo, quod iste usus mundialis temporalium dominorum, qui in casu potest fieri et etiam dimitti sine peccato, non est probabilis similitudo ad adorandum ymagines manu factas; ex quo Moyses, David, Sapiens, Baruch et allii sancti Scriptura sacre prohibit illa fieri.

560

Eciam istam similitudinem Augustinus applicat ad Cristi humanitatem divinitati eius inseparabiliter unitam, et ideo cum divinitate eadem

545

555

560

565

570

575

580

585

M 176v
P 56v

adoracione adoratur. Et in illo casu tenet similitudo, non autem in aliis creaturis, non sic unitis deitati, quia illis non servio, *sicut "si separaveris hominem a Deo in Cristo, illi nunquam credo nec servio, velut si quis purpuram" etc., ut dictum est supra secundum Augustinum.*

590

Et si facere se dicunt istas adoraciones propter Deum et veneraciones ymaginum ad honorem Dei et sanctorum suorum, quare non pocius hoc faciunt in creatura nobilioris vite et majoris et propinquioris similitudinis cum Deo existentis, scilicet adorando vel venerando sicut gentilis infidelis arborem fructiferam, que in natura sua nobilior est trunco, mortuo sive ligno arido, ex quo formata est ymago et eciam coloribus picturis, auro et argento illis truncis appositis? Vel quare non sic Deum adorant sive honorant in creatura brutali, vitam sensitivam et sic nobiliorem ymaginibus huismodi habente, scilicet in scropha ipsorum merdosa sive cane vel equo vel huiusmodi genua flectendo vel candelas incendendo coram eis ad honorem Dei, ut dicunt? Sed magna videtur cui libet abhominacio, ut genua flecterent, et similia signa adoracionis coram huismodi exercere eciam habendo intencionem ad Deum secundum eorum excusacionem inpietatis. Et quare non pertimescat magis creatura racionalis coram ymaginibus et picturis et aliis infimis creaturis huismodi facere (eciam aliquando coram scropha linea sive ymagine lapidea, quam facte dicunt porcum sancti Anthonii sive Blasii)?

600

*Revera fecit hoc et facit hominum stulticia et maxime sacerdotum avaricia, qui cum talibus populum spoliant et predant, admixta dyaboli astucia et seduccione, ut sic populus a cultu veri Dei sui averteretur; et continuo avertitur, ut *Sapiencie XIIII dicitur*: "Supervacuitas enim hominum hec adinvenit in orbem terrarum. Inicum enim fornicacionis est exquisicio ydolorum: et adinvencio eorum corupcio vite est" etc. Et de quanto noviores et recenciores inveniuntur, de tanto rudis populus ammiratur et ex anniracione novi sive insolii magis appreciatur et veneratur, sicut dicit *Lira Exodi XX de Priapo*, *quia "iuvenis erat quidam magnitudinem insolitam membra virilis habens, et ideo a gentilibus / inter deos reputatus fuit."* Omne enim, quod erat insolitum, reputabant quid divinum, ut *ibidem. Concordat in Punctis de mendicatis suffragiis in fine.**

610

615

620

625

630

635

640

M 177r

*Unde Psalmista: "Novi recentesque invenerunt, quos non coluerunt patres eorum", contra quos admirando Boecius 2ⁱ *De consolacione prosa quinta* inquit: "Quid igitur carens anime motu atque compage membrorum, quam animate racionabilique nature pulcrum esse iure videatur? Que tamen (scilicet motu carencia, ut gemme, lapides, aurum et argentum et similia) etsi Conditoris opera suique distinccione postreme aliquid pulcritudinis trahunt, infra tamen vestram excellenciam collocate admiracionem vestram nullomodo colebantur." Et sequitur: "Et alia quidem suis contenta sunt. Vos autem Deo mente consimiles ab rebus infimis excellentis nature ornamenta captatis nec intelligitis vos, stulti homines, quantam Conditori vestro faciatis iniuriam. Ille genus humani terrenis opibus prestare voluit, vos dignitatem vestram infra infima queque detruditis" etc., ut ibi. Unde super isto "postreme pulcritudinis notat glossa, quod quadruplex est pulchritudo: prima est animalium racionabilium, 2^a est brutorum sensibilium, 3^a est plantarum vegeta-*

P 57r bilium, / quarta est rerum inanimatarum, in quo genere genuit ergo extreme pulchritudinis.

Et sic patet, quod si pictores vel alii ymaginum artifices intelligerent predictos textus Moysi, David, et aliorum sanctorum et doctorum et supradicta, merito moverentur confiteri Deo cum interna cordis contritione assumentes sibi asperam penitenciam propter culpabilem artem sculpture vel fusionis vel picture, qua usi fuerunt, promittentes Deo et reddente nunquam amplius sic facere, confitentes publice coram omnibus suum reprehensibilem erorem, cum sint maledicti, *Sapienie XLI*: “Per manus autem quod fit ydolum, maledictum est et ipsum et qui fecit”. Et sequitur: “Neque enim erant ab inicio, neque erunt in perpetuum.” Et *Deuteronomii XXVII*: “Maledictus homo, qui fecit sculptile et conflatile, abhominacionem, opus manuum artificum.”

Insuper menciuntur ipso facto in pingendo, ut dicunt, sive sculpendo ymaginem sancti vel sancte, cum revera depingunt ymagines sive similitudes horisatorum et horisatricum. Insuper, et quod pudet dicere, effigiem meretricalem non abhorrent ponere in templo, ut qui pleni omni virtute et spretis hic in vita omnibus oblectamentis dyaboli, mundi et carnis per huismodi picturas menciuntur quasi cum vita superba et delicata ad regnum celorum pervenissent, cum sic auro et aliis ornamentis tegantur. Igitur pocius depingunt suas similitudes proprias secundum modum patrie vivencium; et hoc docet/experiencia, quomodo in qualibet provincia sive civitate procurantur huismodi simulacula secundum similitudinem, ritum, habitum, morem, et vitam hominum inhabitancium, quasi vellent sanctos ipsis incolis consimilare et similes fieri ipsi sanctis. Quare non depingunt secundum vitam eorum in paupertate. humilitate et omni abieccione?

Contra quos dicitur *Psalmo XLIX*: “Existimasti inique, quod ero tui similis; arguam te, et statuam contra faciem tuam.”

Et quia, ut dicunt, quod gentibus pro leccione et eorum scriptura est pictura, predicti artifices sive pictores moderni merito puniendi sunt ut falsarii, se quibus *Extra, De crimine falsi, Ad falsariorum*. Unde dicit *lex C, De falsa moneta l. II*, qui falsificat monetam, exuritur, sive punitur capite ut ibidem *l. I*, ut legista loquitur. (Sed non secundum legem amoris Iesu Cristi, de qua dicit *Crisostomus*, quod verus cristianus non tantum non percudit, sed nec percussus repercutit, non tantum non occidit, sed nec irascitur — *Matthei V.*) Nonne falsificacio et mendacium formare similitudinem sancti Petri, ut pretendunt, cum barba, aurea triplicique corona, et cum aliis ornamentiis mundialibus, qui tamen vivens *dixit* “aurum et argentum non est mihi”, et iterum “pecunia tua tecum sit in perdicionem”? Et quid loquar de humili matre Iesu Cristi, que secundum *Crisostomum* “vix habuit tunicam unam non ad ornatum, sed ad nuditatis tegumentum”? Quomodo nunc depingunt eius similitudinem, nonne pocius blasphemant? Taceo de buccatis, togatis, incrassatis / mouachis, quos ponunt in oratoriis sub ymaginum figuris.

Et non dubium, quod in taliis variatis similitudinibus pusilli et parvuli et rudes layci valde seducuntur et in sua carnali vita confortantur, credentes huismodi aparentum superbum et mundiale in ipsis fore licitum, quem credunt a sanctis fuisse portatum, cum vident sic eos

M 177v

640

645

650

655

660

665

670

675

680

685

P 57v

depictos. Quis nesciat, quod cum amatores et mundi amatrices viderint huiusmodi similitudines similes amatoribus et amasiis suis, quos vel quas olim dilexerunt vel adhuc carnaliter diligunt, incident in tempaciones varias et desideria inutilia ad cogitandum turpia et ad delectaciones pessimas nonnunquam intenduntur (expertis loquor, qui sciunt et intelligunt)?

690

Similiter patet fore mendacium et falsitatem illius, quod dicunt formare huiusmodi secundum formam et dispositionem, prout in regno celorum existunt. Sunt enim in hoc suspecti testes, cum eorum testimonium nec est de visu nec de auditu, *quia* “nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, que preparavit Deus diligentibus se”.

695

M 178r Merito illis similes, qui dixerunt *Matthei ultimo* “Discipuli eius nocte / venerunt et furati sunt eum nobis dormientibus.” *Dicit Augustinus*: “Dormierunt; quomodo viderunt, si non viderunt? Quomodo testes esse potuerunt?” Et est simile, quasi vellet gaudere cum gaudentibus in celis et non flere cum flentibus in tribulacionibus, esse socii consolacionis et non tribulacionis, sed non sic impii, non sic.

700

Dices: “Nunquid Cristus Iesus est maledictus, de quo fabulatur, quod ymaginem faciei sue peplo Veronice appressit, que, ut dicitur, adhuc Rome ostenditur? Sic de sancto Luca, quomodo ymaginem Virginis gloriose depinxit. Nunquid et ipse maledictus?” — Dicendum, quod “maledicti sunt, qui a mandatis Dei declinant”, *ut testatur Psalmista*; sed “benedictus fructus ventris tui”, scilicet Iesus Cristus cum suis sanctis apostolis, pro quibus rogavit Patrem, ut servaret eos a malo, “non pro hiis tantum, sed et pro eis, qui credituri essent per verbum eorum” etc. Hoc scio scriptum in lege infallibili et immaculata Iesu Christi *Iohannis XVII*. Sed de Veronica et de pictore Luca non invenitur in lege Dei scriptura, nisi quedam extraordinaria et apocripha, de cuius aprobacione, credulitate, et auctoritate dictum est supra De purgatorio circa obiectionem de Machabeorum et Tobie libris. Sed quod sanctus Lucas fuit medicus, habetur plene *Coll. ultimo, ubi dicitur*: “Salutat vos Lucas medicus karissimus”. Et idem dicit *Ieronimus in prologo super Lucam*, quod erat apud Antiochiam medicinae artis egregius.

710

Et si velis tenere hec vera esse ex huiusmodi scriptura apocripha, probabo tibi ex eadem scriptura, et ymmo maioris auctoritatis quam tua, quod non solum veronica, scilicet ymago illa, ut dicas, sed et corpora apostolorum Petri et Pauli, que dicuntur Rome quiescere, forent ante longa tempora abscon / denda in locis suis cum ceteris, “que licet aliquo tempore potuerunt esse sine culpa, in supersticionem et errorem versis”, prout dictum est supra, *ut § Verum LXIII di*. Sed quia veneracio corporum diu versa sit in supersticionem et errorem, eciam intantum, quod predicta corpora dii Romanorum dicebantur, patet in *Cronicis, et precipe in Cronica Flores temporum*, quomodo scilicet circa annos Domini CCL Greci reliquias apostolorum Petri et Pauli furati fuerunt, sed demones in aere clamabant: viri Romani, succurrite, dii vestri auferuntur (quos statim insequentes manuforti). Sed Greci territi apostolorum ossa in puteum proiecerunt fugam petentes, que papa Cornelius de puteo levavit. Et quia dubitavit in ossibus, que et cuius essent, vox dixit:

715

P 58r ossa maiora sunt predicatoris, minora sunt piscatoris etc., *ut ibi*.

725

730

735

M 178v Nephas enim esset dicere suam ymaginem sive similitudinem sic relictam, ut ipso sacrificio altaris dimisso, sine quo/non est salus, *ut Iohannis VI*, curerent homines ad huiusmodi similitudinem, sicut ab antea fecerunt et adhuc faciunt, cum ipse dicat per propheam *Ysaie XLII*: “Ego Dominus, hoc est nomen meum; gloriam meam alteri non dabo et laudem meam sculptilibus.” Sic et de sancto Luca est dicendum.

Non est enim hoc sanctos venerari et honorare, sic currere et discurere sicut giro vagi, sed eos imitari vita bona et exemplari, quia frustra sanctos colit, qui sanctorum spernit sanctitatem. De quibus omnibus supra sufficienter patuit, ubi dictum est De peregrinacione.

740

Igitur super isto se fundare est super arenam edificare et non supra petram. Ideo dimitte incertum de ista Veronica et pictore Luca et tene certum, quod scilicet lex Dei vera est ymago et optimum speculum ad voluntatem Dei cognoscendum, ut eciam supra patuit.

745

Et rogo, an non pudet sic depingere Trinitatem, cum tali scilicet effigie, ut Pater barbatus et vetulus depingatur? Ymmo *secundum dictum Gregorii* non inmerito heretici sunt nuncupandi, *qui XXXII Moralium inquit*: “In antropoformitarum namque eresim est cadere eum, qui incircumscripte implet et complectitur omnia inter corporalia liniamenta concludere.” Et de ista heresi habetur inter ceteras hereres *XXIII q. ult. c. ult. sic.*: “Antropomorphyte dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum humana membra habere, que in divinis libris scripta sunt, arbitrantur (antropos enim grece latine homo interpretatur), ignorantes vocem Domini, qui ait: ‘Spiritus est Deus’. Incorporeus enim est, nec enim membris distingwitur nec corporis mole censetur”, *ut ibi*. Sicut ergo possibile est pingere vocem, ita possibile est depingere in Trinitate Patris similitudinem: Pater enim in voce apparuit, *ut dicitur Mathei III*^o. Et quod hoc sit verum ydolum, *patet per Augustinum De decem chordis, et ponitur in Sententiis libro III di. XXXVII, ubi ponitur differencia inter ydolum et similitudinem, quia* “similitudo est, cum aliquid ex hiis, que sunt vel in celo vel in terra vel in aquis, formatur, verbi gracia, si quis in auro vel in ligno vel alia re / faciat speciem serpentis vel avis vel alicuius rei et statuat ad adorandum, non idolum sed similitudinem facit. Idolum autem, quod nichil sui simile habet, ut si quis facit speciem, quam non videt oculus, sed animus sibi finxit; ut si quis in uno habitu hominis duas facies format, non similitudinem, sed ydolum facit, quia facit, quod non habet simile sui. Ideo Apostolus: ‘Idolum nichil est in mundo’. Non enim aliqua in rebus constantibus assumitur species, sed mens ociosa et curiosa reperit. Forma enim ydoli non est naturaliter, quia nature iusticie non servit. Id enim naturaliter esse dicitur, quod simplici nature iusticie, qui est Deus, militat, non resultat, / et naturam creatam non viciat.” *Hec ibi.*

750

P 58v

755

760

765

770

775

780

785

790

795

800

805

810

815

820

825

830

835

840

845

850

855

860

865

870

875

880

885

890

895

900

905

910

915

920

925

930

935

940

945

950

955

960

965

970

975

980

985

990

995

1000

1005

1010

1015

1020

1025

1030

1035

1040

1045

1050

1055

1060

1065

1070

1075

1080

1085

1090

1095

1100

1105

1110

1115

1120

1125

1130

1135

1140

1145

1150

1155

1160

1165

1170

1175

1180

1185

1190

1195

1200

1205

1210

1215

1220

1225

1230

1235

1240

1245

1250

1255

1260

1265

1270

1275

1280

1285

1290

1295

1300

1305

1310

1315

1320

1325

1330

1335

1340

1345

1350

1355

1360

1365

1370

1375

1380

1385

1390

1395

1400

1405

1410

1415

1420

1425

1430

1435

1440

1445

1450

1455

1460

1465

1470

1475

1480

1485

1490

1495

1500

1505

1510

1515

1520

1525

1530

1535

1540

1545

1550

1555

1560

1565

1570

1575

1580

1585

1590

1595

1600

1605

1610

1615

1620

1625

1630

1635

1640

1645

1650

1655

1660

1665

1670

1675

1680

1685

1690

1695

1700

1705

1710

1715

1720

1725

1730

1735

1740

1745

1750

1755

1760

1765

1770

1775

1780

1785

1790

1795

1800

1805

1810

1815

1820

1825

1830

1835

1840

1845

1850

1855

1860

1865

1870

1875

1880

1885

1890

1895

1900

1905

1910

1915

1920

1925

1930

1935

1940

1945

1950

1955

1960

1965

1970

1975

1980

1985

1990

1995

2000

2005

2010

2015

2020

2025

2030

2035

2040

2045

2050

2055

2060

2065

2070

2075

2080

2085

2090

2095

2100

2105

2110

2115

2120

2125

2130

2135

2140

2145

2150

2155

2160

2165

2170

2175

2180

2185

2190

2195

2200

2205

2210

2215

2220

2225

2230

2235

2240

2245

2250

2255

2260

2265

2270

2275

2280

2285

2290

2295

2300

2305

2310

2315

2320

2325

2330

2335

2340

2345

2350

2355

2360

2365

2370

2375

2380

2385

2390

2395

2400

2405

2410

2415

2420

2425

2430

2435

2440

2445

2450

2455

2460

2465

2470

2475

2480

2485

2490

2495

2500

2505

2510

2515

2520

2525

2530

2535

2540

2545

2550

2555

2560

2565

2570

2575

2580

2585

2590

2595

2600

2605

2610

2615

2620

2625

2630

2635

2640

2645

2650

2655

2660

2665

2670

2675

2680

2685

2690

2695

2700

2705

2710

2715

2720

2725

2730

2735

2740

2745

2750

2755

2760

2765

2770

2775

2780

2785

2790

2795

2800

2805

2810

2815

2820

2825

2830

2835

2840

2845

2850

2855

2860

2865

2870

2875

2880

2885

2890

2895

2900

2905

2910

2915

2920

2925

2930

2935

2940

2945

2950

2955

2960

2965

2970

2975

2980

2985

2990

2995

3000

3005

3010

3015

3020

3025

3030

3035

3040

3045

3050

3055

3060

3065

3070

3075

3080

3085

3090

3095

3100

3105

3110

3115

3120

3125

3130

3135

3140

3145

3150

3155

3160

3165

3170

3175

3180

3185

3190

3195

3200

3205

3210

3215

3220

3225

3230

3235

3240

3245

3250

3255

3260

3265

3270

3275

3280

3285

3290

3295

3300

3305

3310

3315

3320

3325

3330

3335

3340

3345

3350

3355

3360

3365

3370

3375

3380

3385

3390

3395

3400

3405

3410

3415

3420

3425

3430

3435

3440

3445

3450

3455

3460

3465

3470

3475

3480

3485

3490

3495

3500

3505

3510

3515

3520

3525

3530

3535

3540

3545

3550

3555

3560

3565

3570

3575

3580

3585

3590

3595

3600

3605

3610

3615

3620

3625

3630

3635

3640

3645

3650

3655

3660

3665

3670

3675

3680

3685

3690

3695

3700

3705

3710

3715

3720

3725

3730

3735

3740

3745

3750

3755

3760

3765

3770

3775

3780

3785

3790

3795

3800

3805

3810

3815

3820

3825

3830

3835

3840

3845

3850

3855

3860

3865

3870

3875

3880

3885

3890

3895

3900

3905

3910

3915

3920

3925

3930

3935

3940

3945

3950

3955

3960

3965

3970

3975

3980

3985

3990

3995

4000

4005

4010

4015

4020

4025

4030

4035

4040

4045

4050

4055

4060

4065

4070

4075

4080

4085

4090

4095

4100

4105

4110

4115

4120

4125

4130

4135

4140

4145

4150

4155

4160

4165

4170

4175

4180

4185

4190

4195

4200

4205

4210

4215

4220

4225

4230

4235

4240

4245

4250

4255

4260

4265

4270

4275

4280

4285

4290

4295

4300

4305

4310

4315

4320

4325

4330

4335

4340

4345

4350

4355

4360

4365

4370

4375

4380

4385

4390

4395

4400

4405

4410

4415

4420

4425

4430

4435

4440

4445

4450

4455

4460

4465

4470

4475

4480

4485

4490

4495

4500

4505

4510

4515

4520

4525

4530

4535

4540

4545

4550

4555

4560

4565

4570

4575

4580

4585

4590

4595

4600

4605

4610

4615

4620

4625

4630

4635

4640

4645

4650

4655

4660

4665

4670

4675

4680

4685

4690

4695

4700

4705

4710

4715

4720

4725

4730

4735

4740

4745

4750

4755

4760

4765

4770

4775

4780

4785

4790

4795

4800

4805

4810

4815

4820

4825

4830

4835

4840

4845

4850

4855

4860

4865

4870

4875

4880

4885

4890

4895

4900

4905

4910

4915

4920

4925

4930

4935

4940

4945

4950

4955

4960

4965

4970

4975

4980

4985

4990

4995

5000

5005

5010

5015

5020

5025

5030

5035

5040

5045

5050

5055

5060

5065

5070

5075

5080

5085

5090

5095

5100

5105

5110

5115

5120

5125

5130

5135

5140

5145

5150

5155

5160

5165

5170

5175

5180

5185

5190

5195

5200

5205

5210

5215

5220

5225

5230

5235

5240

5245

5250

5255

5260

5265

5270

5275

5280

5285

5290

5295

5300

5305

5310

5315

5320

5325

5330

5335

5340

5345

5350

5355

5360

5365

5370

5375

5380

5385

5390

5395

5400

5405

5410

5415

5420

5425

5430

5435

5440

5445

5450

5455

5460

5465

5470

5475

5480

5485

5490

5495

5500

5505

5510

5515

5520

5525

5530

5535

5540

5545

5550

5555

5560

5565

5570

5575

5580

5585

5590

5595

5600

5605

5610

5615

5620

5625

5630

5635

5640

5645

5650

5655

5660

5665

5670

5675

5680

5685

5690

5695

5700

5705

5710

5715

5720

5725

5730

5735

5740

5745

5750

5755

5760

5765

5770

5775

5780

5785

5790

5795

5800

5805

5810

5815

5820

5825

5830

5835

5840

5845

5850

5855

5860

5865

5870

5875

5880

5885

5890

5895

5900

5905

5910

5915

5920

5925

5930

5935

5940

5945

5950

5955

5960

5965

5970

5975

5980

5985

5990

5995

6000

6005

6010

6015

6020

6025

6030

6035

6040

6045

6050

6055

6060

6065

6070

6075

6080

6085

6090

6095

6100

6105

6110

6115

6120

6125

6130

6135

6140

6145

6150

6155

6160

6165

6170

6175

6180

6185

6190

6195

6200

6205

6210

6215

6220

6225

6230

6235

6240

6245

6250

6255

6260

6265

6270

6275

6280

6285

6290

6295

6300

6305

6310

6315

6320

6325

6330

6335

6340

6345

6350

6355

6360

6365

6370

6375

6380

6385

6390

6395

6400

6405

6410

6415

6420

6425

6430

6435

6440

6445

6450

6455

6460

6465

6470

6475

6480

6485

6490

6495

6500

6505

6510

6515

6520

6525

6530

6535

6540

6545

6550

6555

6560

6565

6570

6575

6580

6585

6590

6595

6600

6605

6610

6615

6620

6625

6630

6635

6640

6645

6650

6655

6660

6665

6670

6675

6680

6685

6690

6695

6700

6705

6710

6715

6720

6725

6730

6735

6740

6745

6750

6755

6760

6765

6770

6775

6780

6785

6790

6795

6800

6805

6810

6815

6820

6825

6830

6835

6840

6845

6850

6855

6860

6865

6870

6875

6880

6885

6890

6895

6900

6905

6910

6915

6920

6925

6930

6935

6940

69

que sunt super terram, vel avium sub celo volantium atque reptilium, 785
que moventur in terra, sive piscium, qui morantur sub terra in aquis”
etc., ut ibi.

Diceres: “In Lege Veteri, antequam Cristus asumpsit naturam
humanam, non fuit aliqua persona Trinitatis ostensa homini nec nota
ab aliquo homine mortali. Sed nunc, ex quo Cristus factus est homo, 790
licitum est habere ymagines ad ostendendum eius humanitatem,
quia est magna devocationis mocio habere et respicere Trinitatem
et alias ymagines sanctorum sculptas vel depictas.” — Dicendum,
quod in Veteri Lege Trinitas eciam sub speciebus et formis visibilibus
figurata est, ut Gen. XVIII dicitur, quomodo “Abraham tres viros 795
stantes vidit prope se” et unum adoravit, dicens: “Domine, si inveni
graciam in oculis tuis” etc. Et in consimilibus multis scripturis
eciam Veteris Testamenti legitur eciam Dominus apparuisse patribus
sepius sanctis, et angeli. Unde ibidem XXXII vir cum Iacob lucta-
batur usque mane, qui dixit: “Vidi Dominum faciem ad faciem”. 800
ut ibidem. Et de Loth similiter patet ibidem XXI, quomodo venerunt
ad eum duo angeli Sodomam, qui “ingressi domum fecit eis convivium,
coxit azima et comederunt”, ut ibidem. Sic angelus Rafael Thobiam
iuniorem duxit et reduxit, ut Thobie per totum. et sic de multis
aliis factum legitur in Veteri Testamento, et tamen non fuit licitum
eis depingere sive formare aliquas huiusmodi similitudines, nisi ubi 805
Dominus specialiter mandavit, ut Exodi XXV de Cherub super
archam ponendis, et in ornamentum Templi Salomonis. Multum ergo
minus, nisi Dominus specialiter mandaret, nobis licet huiusmodi
sculptilia, fusilia sive similitudines habere, sed in Spiritu et Veritate, / 810
cum simus ministri non littere, sed Spiritus, Dominum Deum qui et
spiritus est, adorare. “Omnia enim illis in figura contingebant”;
“lex enim per Moysen data est, gracia autem et veritas per Iesum
Cristum facta est”. Et de isto vide sufficienter in Punctis post hoc.
ubi dictum est de pecore dyaboli et ubi dictum est de vasis templi 815
et ornatu eius.

Quod autem dictum est in opposizione de ymagine Trinitatis, patet
satis responsum ex dictis Gergorii et Decreti, ubi supra.

Quod autem dicebatur, quod huiusmodi sunt magna devocationis
mocio etc., dico consimiliter, quod potare / et magnos calices exhaustire 820
et se ingurgitare et in multis eciam inebriari est magna mocio et
excitacio devocationis mendicate, de qua supra dixisti: quia plures
homines, viri et precipue mulieres, efficiuntur in talibus potionibus
ita devote, quod eciam lacrimantur et cum suspiriis et gemitibus
pectore percuciunt, ut hoc bene docet experientia. Sic ergo non 825
sequitur: se ingurgitare (etc. ut supra) est bonum. quia est magna
devocationis mocio.

Sic nec tenet argumentum de ymaginibus supra aductum, nisi
forte intelligeretur de adoratoribus non veris, sed primomodo supra-
dictis. Et sic patet, quid dicendum.

Item si dicitur: Nonne Appokalipsi XII apparuit Iohanni „signum
magnum in celo, scilicet mulier amicta sole et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum XII”, et sic de ceteris multis visioni- 830

P 59r

M 179/1v

bus Iohanni factis ibidem legitur? Et possumus ergo illa sic visa depingere et talium similitudines formare. — Dicendum, quod Iohanni mandatum est non sic depingere et sic formare, que vidit in spiritu existens, sed scribere et ruminare intra precordia sua, primo *ut Appokalipsi X dixit ei angelus*: “Vade, accipe librum et devora illum. Et faciat amaricare ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.” Deinde ut eciam aliis manifestaret non per picturam, sed per vocem intelligibilem, *unde subditur ibidem*: “Et dixit michi: oportet te iterum prophetare populis et gentibus, et linguis, et regibus multis.” *Et ibidem primo*: “Audivit vocem magnam tanquam tube, dicentem: que vides, scribe in libro et mitte septem ecclesiis.” In huiusmodi enim visionibus sunt mistica et signata, que nemo dignus est apperire, nisi leo de tribu Iuda, *ut ibidem quinto*. Ideo *ibidem XVII dicitur*: “Hic est sensus.”

835

840

845

Sic et Paulus *2^a Cor. III* non comendat se de picturis sive ymaginibus manu factis, sed a Deo creatis, *dicens*: “Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris”, *et sequitur*: “Epistola estis Cristi, ministrata a nobis et scripta non attramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.” Sic Ezechieli, qui vidit visionem Dei *ut Ezechielis primo*, non est dictum in effigiis corporalibus, que vidit, ut formaret, sed “comede volumen istud”, scilicet quantum ad se, *ut Ezechielis III*. *Et sequitur*: “Et vadens loquere ad filios Israel”, scilicet quantum ad alios dirivando.

850

Unde subditur ibidem: “Et apperui os meum et cibavit me volumine illo.” *Et sequitur*: “Et factum est in ore meo sicut mel dulce. Et

855

P 59v dixit ad me: / Filii hominis, vade ad dominum Israel, et loquaris verba mea ad eos.” Et sic de Daniele, viro desideriorum, patet, quomodo multa mistica vidit; et tamen non licuit eis secundum legem formare similitudines talium visionum. Multo minus et nobis licare libet, quia secundum artem topicam si illud non inest, quod magis videtur inesse (sicut formacio figurarum et ymaginum in Veteri Testamento videbatur eis magis licita ex eo, quod omnia in figuris contingebant ois), multo minus inest, quod minus videtur inesse, ut scilicet apud nos huiusmodi habeamus, / qui nunc sumus gracie et veritatis, ut supra.

860

865

M 179/2r Et quis depingeret Apostolum, raptum in tertium celum, cum ipse per se dicit se nescire, an in corpore vel extra corpus fuerat, sed Deum scirc, *2^a Cor. XII*. Quis ergo vellet huiusmodi visiones Dei et occulta sic sub corporalibus figuris redigere, cum dicat *Psalmista* “posuerunt in celum os suum et lingua eorum transivit in terra”, et non pocius sequi *Augustinum* in hoc, qui non potuit intelligere de Lazaro in synu Abraham et divite in inferno sepulto ea, que de ipsis in ewangelio exprimuntur, ut patet in *Sentencias libro IIII di. ultima?* *Ubi dicit*: “Melius est dubitare de occultis quam litigare de incertis. Divitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligentur lingua divitis, digitus Lazari vel flamma inferni, sinus Abrahe et huiusmodi, vix a mansuetis, a contenciosis autem nunquam inveniuntur.”

870

875

880

Quod si dicas: tamen sanaciones, prodigia et portenta facta per

ymaginem Cristi vel aliorum sanctorum vel in nomine Cristi vel sanctorum eius. — Dicendum, quod profecto nichil refert, si illa signa ducant ad reverenciam ymaginis et honorem magis unius quam alterius, quoniam magna signa et prodigia et portenta faccione Sathanus mencientur fieri, et eciam faciunt iniqui et corpus Anticristi (prout exemplificatum fuit supra de quodam in ebrietate occiso), et eciam ipsum caput faciet ea per res sacras vel similes sacris et in nomine Cristi, ut sic validius mittat homines in errorem, eciam si fieri potest, electos: patet hoc in verbis Cristi *Mathei XXIII*: “Tunc si quis vobis dixerit: ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudopropheete et dabunt signa magna” etc. Et de talibus signis Anticristi eciam habetur *Mathei VII*: “Multi dicent michi in illa die” etc. 895

Non est enim aliqua virtus in ymagine humanitus facta; et propter hanc virtutem ymago colletur, et ita nullus vivens debet confidere, quod sit aliqua virtus spiritualis in aliqua ymagine manu facta, 900 ideo nemo foveret talibus ymaginibus neque peregrinaretur ad illas, genu flecteret illis nec oraret, nec offerret illis, nec inclinaret, nec thurificaret eas, nec oscularetur illas, quia honorabilissimam ymagine ad preceptum Domini factam rex bonus Ezechias destruxit digne et / meritorie, ut dictum est supra.

Quapropter si omnes bene adverterent ad Scripturam et doctrinam Augustini, Gregorii, Iohannis Crisostomi et aliorum sanctorum et doctorum de miraculis, quomodo nunc fient in fine seculi, quod propter infidelitatem hominum dybolus habebit potestatem multa operandi de miraculis istis, quia homines nunc magis delectantur audire et cognoscere talia miracula quam audire verbum Dei vel illud effectualiter cognoscere. Ideo in magnam confusionem eorum, qui sic faciunt. 910 *dixit Christus*: “Generacio prava et adultera signum querit.” Et de istis vide, ubi dictum est de quadruplici missione.

Nunc ergo sicut dicunt sancti fidei Dei in cristianismo stabilita. verbum Dei sufficit ad salvacionem humanam omnibus fidelibus absque talibus ymaginibus. Sed heu sunt homines magis furiosi, supersticionibus et infidelitatum signis, demonum coniuracionibus ac allis variis sortilegiis omnino pleni. Unde sciendum, secundum quod dicitur *XXVI q. 1 Sortilegium*, quod “sortilegi sunt, qui sub nomine fictae religionis, per quasdam, / quas sanctorum seu apostolorum vocant, sortes, divinacionis scienciam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspeccione futura promittunt.” Et: „Sors non est aliquid mali, sed res, in humana dubietate divinam indicans voluntatem”, ut *ibidem in c. Sors, ubi dicit glossa, quod* “in sui natura non est mala, tamen prohibetur, quia propter assiduitatem labitur talis in ydolatriam.” Et *ibidem in § in Quod autem subiungitur quod sortes „illicite sunt, que fiunt per magicas incantaciones vel fiunt ad exercendas vanitates, vel que fiunt ad inquirenda aliqua occulta“*, ut *eudem q. II Illud, ubi dicit Augustinus*: „Ad hoc genus pertinent omnes ligature”, ut cum “filii dolent caput, infideles matres querunt eis ligatures sacrilegas et incantaciones”, ut *LXXXVIII di. Quoniam. Unde sequitur in dicto c. Illud*: “Ad hoc eciam pertinent in precanta-

P 60r

M 179/2v

885

890

895

900

905

910

915

920

925

930

cionibus sive quibusdam notis, quas caracteres vocant, sive in quibus-
 cunque rebus suspendendis atque ligandis vel eciam saltandis, non ad,
 temptationem corporum, sed ad quasdam significaciones aut occultas
 aut manifestas, que eminenciori nomine vocant phisicam, ut quasi
 non superstitionem implicare, sed nature prodesse videantur, sicut
 sunt inaures in summo singularium aurium, aut destruccionum ossibus
 ansule in digitis, aut cum tibi singulcienti dicitur, ut dextera manu
 pollicem teneas. Hiis adiunguntur milia inmanissimarum observa-
 tionum, ut si membrum aliquod saligerit, si iunctim ambulantibus
 amicis lapis, aut puer medius intervenerit. Hinc eciam sunt illa, limen
 calcare, cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis,
 dum se calceat, strenutaverit; reddire ad domum si procedens offend-
 erit, vel si vestis a soricibus roditur. Neque ab hoc genere supersti-
 cionis perniciose segregandi sunt, qui olim gentiliaci propter natalium / 935
 940

P 60v consideraciones dierum, nunc autem mathematici vocantur. Nam
 et ipsi, quamvis veram stellarum posicionem, cum quisque nascitur,
 consecuntur, et aliquando pervestigant, tamen, quod inde conantur
 vel acciones nostras vel accionum eventus producere, nimis errant.” 945

Et eadem q. V, Episcopi, sequitur; “Illud eciam non est obmit-
 tendum, quod quedam scelerate mulieres, se retro post Satanam
 converse, demonum illusionibus, fantasmatisbus seducte, credunt
 se et profitentur cum Dyana nocturnis horis, dea paganorum, vel
 cum Herodiade, et innumera multitudine mulierum equitare super
 quasdam bestias, et multarum terrarum spacia intempeste noctis
 silencio pertransire, eius visionibus obedire velud domine, et certis
 noctibus ad eius servicium evocari. Sed utinam hee sole in perfidia
 sua perissent, et non multos secum ad infidelitatis interritum per-
 traxissent! Nam et innumera multitudo hac falsa opinione decepta
 hec vera esse credunt et credendo a recta fide deviant, et paganorum 950
 errore involvuntur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum
 Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi comissas
 populo Dei omni instancia predicare debent, ut noverint hec omnino
 falsa esse, et non a divino, sed a maligno spiritu talia fantasmata / 955

M 180r mentibus fidelium irrogari arbitramur. Siquidem ipse Sathanas, qui
 transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiusque ceperit et hanc
 per infidelitatem sibi subiungaverit, illico transformat se in diversarum
 personarum species atque similitudines et mentem, quam captivam
 tenet, in sompniis deludens, iam leta, modo tristia, modo cognitas,
 modo incognitas personas ostendens, per devia queque decucit, et, 960
 cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in
 corpore evenire oppinatur. Quis enim in sompniis et nocturnis
 visionibus non extra se quasi educitur et multa videt dormiendo, que
 nunquam vigilando viderat? Quis enim tam stultus et ebies sit,
 qui hec omnia, que in solo spiritu fiunt, eciam in corpore accidere 965
 arbitretur, cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non
 in corpore vidit et audivit, sicut ipse dicit ‘Statim’, inquit. ‘fui in
 spiritu’? Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus
 itaque publice nunc ciandum est, quod qui talia credit et hiis similia,
 fidem prodit, et qui rectam fidem non habet, hec non est eius, sed 970
 975

935

940

945

950

955

960

965

970

975

980

illius, quem credit, id est dyaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: ‘*Omnia per ipsum facta sunt.*’ Quisquis ergo credit posse fieri aliquam creaturam, aut in melius aut in deterius inmutari, aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, per quem omnia facta sunt, / proculdubio infidelis est et pagano deterior.” *Hec omnia in dicto c. Episcopi.*

985

“Nonnulli” eciam, *ut patet ibidem § sequenti*, “inveniuntur, qui interno livore permoti in perniciem suorum inimicorum altare sacris vestibus exunt, vel consueta luminariorum obsequia Dei ecclesiis subtrahunt vel requiem pro vivis celebrant pro hominibus”, “ut is, pro quo ipsum offerunt sacrificium, mortis incurrat periculum”. Quorum omnium maleficia Tollestanum concilium condempnat, *ut in c. sequenti ibidem, ubi sequitur*: “*Illi personis separatis*” sive exceptis, “que aut contaminacionem sacrorum ordinacionum vel subversionem sancte fidei metuentes aut hostilitatem vel obseditionem perferentes, seu eciam divinorum iudiciorum sentenciam metuentes fecisse contigerit, in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quam interni livoris dolositas declaratur” etc. *Et dicit ibi glossa*: „Sicut quidam ponunt spinas super altare; sicut eciam denudatur altare in passione Domini in signum tristicie.”

990

Etsi opponitur de magis *Exodi VII et VIII*, et quomodo “quedam maga Circe socios Ulixis mutavit in bestias” et quomodo “legitur”, quod “de sacrificiis, quod Archades deo suo Lleo ymmolabant, qui-cunque summebant, in bestiarum formas convertebantur”, *et sic de aliis, de quibus ibidem in c. Nec mirum.* — Dicendum, quod “hec

995

